

paucissimos salvos futuros estimo sicut de^{a)} regum^{a)}. Qui cum attoniti responderent: „Cur^{t)} hoc dicis, pater?“ Respondit: „Non audistis“, inquit, „sacer canon quomodo refert, vix tres de triginta regibus^{u)} bonos extitisse? Iccirco cessate^{v)}, quęso, hunc iuvenem flere mortuum, sed potius congratulamini ei sicuti requiei datum^{w)} et a malis liberatum^{x)}“. His dictis ita consolans eos^{y)} placabiles fecit, ut viderentur non^{z)} habere, quod plangerent, et deum dicerent visitasse illos per sanctum virum²⁴⁾. (*cap.* 22) Quorundam etenim nomina aliquando interpretabatur, sive ad profectum, sive ad detrimentum ipsorum. Cum igitur post mortem Bertoaldi Tullensis pontificis²⁵⁾, qui ei monasterium sancti Apri confessoris commiserat²⁶⁾, eidem episcopatu quidam Ermannus^{a)} p̄sul datus fuisset, ita coepit exosos huius patris habere monachos cum sua institutione, ut etiam honestissimum fratrem Widricum nomine, qui post illum eiusdem loci pater devotus extitit, cui tunc cęterorum cura imminabat, baculo verberaturus impeteret^{b)}. Quod dum patri relatum fuisset, ad nomen illius alludens ait: „Secundum suum nomen“, inquit^{c)}, „facit episcopus iste. Nam lingua barbara erman^{d)} in nostra homo errans dicitur“. Ac deinde: „Si enim Christi pastor fuisset, illius oviculas minime laceraret. Sinite illum. Verus pastor novit et ipse, quę sua sunt, colliget“. Non multo post denique pergens in longinquum secularia executurus^{e)} negotia crudeliter obiit peregrina potitus sepultura²⁷⁾. (*cap.* 23) Simili invidia quoque^{f)} Leo Vercellensis²⁸⁾ episcopus ad actus universos istius patris extiterat infestus^{g)}. De quo etiam talia narrare erat^{h)}

a) et *D*

t) *FMeR*, Quid *DBM*

u) *ü. d. Z. in F*

v) cessato *D*

w) dato *R*

x) liberato *R*

y) illos *RDBM*

z) *ü. d. Z. in F*, fehlt *DB*

a) Hermannus *M*

b) eum impingeret *R*, eum impegerit *BM*

c) fehlt *R*

d) Herman *M*

e) exacturus *RBM*

f) quoque invidia *R*

g) insensus *R*

h) fehlt *BM*

²⁴⁾ Zu dem Konflikt zwischen Wilhelm und König Robert von Frankreich (996—1031) und zu ihrer Begegnung nach dem Tode des Thronfolgers Hugo (1025) s. *Bulst* S. 63 u. 70 f.

²⁵⁾ Bischof Berthold von Toul (996—1019).

²⁶⁾ Zur Übertragung St. Apers in Toul an Wilhelm (996/1003/4) s. *Bulst* S. 90 ff.

²⁷⁾ Über die Auseinandersetzung Bischof Hermans von Toul (1019—26) mit dem von Wilhelm in St. Aper eingesetzten Widrich s. *Bulst* S. 95 f.

²⁸⁾ Zum Hintergrund der feindseligen Haltung des Bischofs Leo von Vercelli (999—1026) gegenüber Wilhelm s. *Bulst* S. 136.